

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.  
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam  
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118669**

§. 35. Parisiensis Senatus edictum pro Cardinale Borbonio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](#)

**Sæcul.XVI.** ad Nobilitatem directas, quibus cunctos  
**A.C.1590.** inducere tentabat, ut Carolum Borbo-  
 nium unice pro solo, & legitimo Fran-  
 ciæ Rege sub nomine Caroli X., Madua-  
 num vero Ducem pro totius Regni Vi-  
 cario agnoscerent.

§. XXXV.

*Parisiensis Senatus edictum pro Car-  
 dinale Borbonio.*

*Thuan. l.c.  
 Mem. de  
 l'Etoil t.2.  
 pag. 9.*

Die quinta Martii Parisiensis Senatus aliud promulgabat edictum, quo jubebantur omnes, cujuscunque dignitatis, ac conditionis sint, Carolum X. pro Rege legitimo, & supremo Domino agnoscere, eique fidem, & obsequium, quod subjecti fideles Principi suo debent, præstare, & Carolo Lotharingio Maduano Duci ditionis, & coronæ Francicæ Generali Vicario ad omnia obedire, & opes suas, ac fortunas in id impendere, ut Regem e captivitate,

nequidem Thuanus asserere audet, dum ait: *his literis aliud literarum exemplum ad Nobilitatem publicatum est a factiosis, ut vero simile est, fabricatum, quibus diluebantur, quæ fa-  
 ctioni foederatorum objiciebantur, ea vero,  
 quæ de Carolo in Regem agnoscendo Conti-  
 nuator refert, Thuanus non in Cardinalis li-  
 teris, sed in Parisiensi Senatus consulto con-  
 tenta fuisse narrat.*

in qua ab Henrico Borbonio detinetur, Sæcul. XVI<sup>a</sup>  
A.C. 1590.  
 in libertatem afferant: insuper cunctis  
 inhibebat, ne per se, aut per alios cum  
 memorato Henrico Borbonio, ejusve  
 ministris consilia communicent, vel  
 privatim, publice, voce, aut scripto  
 de pace, aut foedere cum eo agant,  
 poena mortis, & bonorum publicatio-  
 ne in omnes secus facientes constituta: ut  
 autem hoc edictum cum majori religione  
 effectui daretur, sexto post die Lega-  
 tus (\*) in Ecclesia Fratrum Augustinia-  
 norum sacrum solemne celebrari jussit,  
 cui Mercatorum Praefectus, ædiles, &  
 tribuni militares, necnon Civium præ-  
 cipui, tactis sacrosanctis Evangelii co-  
 ram Legato fidem denuo obligarunt, in  
 sancta unione se ad ultimum vitæ spi-  
 ritum perseveraturos sub auspiciis Ca-  
 roli X., & Maduani ejus Vicarii ad ex-  
 tirpandum sectarium virus, neque con-  
 sensuros in pacem, foedus, inducias,  
 aut ullam cum Rege Navarræ recon-

E 2 ciliatio-

---

(\*) Rursus falsum est, quod Legatus hoc Sacrum celebrari jussit, cum Thuanus unice afferat, quod sacram a Josepho Fullone celebra- tum sit, eique Legatus interfuerit: vero similius ergo est, quod Senatus Parisiensis id fieri jussit: ast Continuatori consultius esse vide- batur, Pontificium Legatum, quam Parisiense Parlamentum in invidiam trahere.

**Sæcul. XVI.** ciliationem, & operam datus, ut  
A.C. 1590. Carolus X. Rex, qui captivus detinetur,  
 in libertatem afferatur. Idem actum  
 est postea in Senatu, & aliis tribunali-  
 bus, instrumentaque publica de eo hoc  
 juramento confecta, quin vel ullus se se-  
 opponere auderet.

### §. XXXVI.

#### *Regis Hispaniae declaratio circa Franciae res.*

**Thuan. l. 98.** Die octava Martii Hispaniae Rex, qui  
*Mem. de*  
*la Lig. t. 4.* omnium Regni tumultuum Auctor  
*p. 226. &* credebatur, Madrido in Franciam di-  
*228.* ploma transmiserat, quo multa de e-  
 gregia sua in religionis negotio volun-  
 tate magnifice prolocutus ita prosequen-  
 batur: „ob eam caussam pacem cum  
 „Henrico II. Francorum Rege feci, &  
 „ad extirpandas in florentissimo regno  
 „hæreses auxilia Carolo filio foro-  
 „rio meo submisisti: excitatis dein in Bel-  
 „gio ab Arausionensi Principe turbis,  
 „perduelles in ordinem coegi, & me-  
 „liorem earum provinciarum partem  
 „ab hac peste liberavi; nunc vero cum  
 „videam, eorundem sectariorum astu eo  
 „res devenisse, ut orbis Christianus in  
 „Turcarum potestatem venire pericli-  
 „tetur, nam id fieri potest dissensioni-  
 „bus per hæreticorum malitiam ubique  
 „seminatis, insuper cum cernam Re-  
 gnum